1480 [= 2445] tabella marmorea PETRVS SVMMONTE, ACC. Neapoli 'in muris nuper constructis, et tamen fluvius distat in cursu suo 'hodie' MARVC. 66; '*alle mura alli fossi;* 'edicula distat a fluvio; forte fuit mutatus 'alveus vel saxum apportatum' MARVC. 91. In murorum fundamentis. rep. PETRVS SVMMONTE ('quod Falco adiecit rep. ad portam 'ubi est mercatus, fecit ut opinionem suam 'de muris confirmaret' IOH. ANT. SVMMONTE 1 p. 238). Apud D. Ioannem Dentice IVCVNDVS cum suis. In aedibus D. Hadriani Gullielmi Spadaforae attiguis ecclesiae S. Iohannis maioris ACCVRS. similiterque MORILL. GIORD. CAPACC.

P · M E V I V S
EVTYCHVS
AEDICVLAM · REST
SEBETHO

Cod. Marucellianus A. 79. 1 f. 66 et denuo f. 91 (inde Bongianelli cod. Vat. 5237 f. 255'); Iucundus f. 113 (inde Augustinus Tyfernus cod. Vind. 3492 f. 33', cod. Vind. 3528 f. 36 et apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 331; Waelscapple cod. f. 78); Petrus Summonte in notis ad opp. minora poetica Io. Pontani in fine ed. Giunt. Florentiae 1514 (inde Manutius orth. p. 705, ex eo Grut. 94, 4); Accursius I n. 2; Ant. Morillon, qui excripsit a. 1547, apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 358'; Falco ed. 1549 f. C 8 (inde Corradus apud Manutium cod. Vat. 5241 p. 577. 621); Corradus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 276; Fabius Giordanus ms. bis sumpsit ex Falcone, emendavit ex lapide; Capaccius l. 2 c. 7 p. 439. Orelli 1647. De tituli sinceritate relati a plurimis optimisque testibus iam omnis dubitatio sublata est.

Versus divisi ad Acc. Morill. Corradum 5237. — 1 P om. Falco. — MAEVIVS Giord. — 2 EVTICHVS Maruc., EVTYCVS Falco. — 3 REST Acc. Morill. Corr. 5237 et ex corr. Giord., RESTITVIT Maruc. Iuc. Summ. Falco Giord. (ante. corr.) Cap. — 4 SEBETO Falco Corr. 5237 Giord., SHEBETO Maruc.

In nummo Neapolitano (Sambon *rech. sur les monnaies de la presqu'île italique* p. 141 tab. 10 n. 10) praeter oppidi nomen [N]ΕΟΠΟLITE[ϟ] cernitur fluvii imago adscripto nomine ϟΕΠΕΙΘΟϟ. Apud auctores est ut in titulo hoc Sēbēthus (Vergilius Aen. 7, 734: *Sebethide nympha* cum schol. Servianis et Vibio Sequestre; Columella 10, 134; Statius silv. 1, 2, 263).

1481 [= 2447] Neapoli *vicino alla fontana dell' Annuntiata trovato nel 1538 cavandosi per rifondamentare detta fontana; la pietra è grande framentata et le prime lettere quasi di un palmo* ACC. In muro apud fontem Annuntiatae BVD. similiterque RELIQVI. In pariete monasterii S. Annuntiatae quo meridiem spectas e regione aedis S. M. Aegyptiacae MAZOCHI. A. 1818 inter titulos in museum transferendos ad ministrum referens Rosinius primo loco ponit fragmentum hoc *situato al cantone prima della fontana Bollo dell' Annunziata.*

αὐτοκράτωρ | ΤΙΤΟΣ · ΚΑΙΣΑ|ρ
θεοῦ οὐεσπασιανοῦ υἱὸς ὀ|ΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ · ΣΕΒΑΣΤΟΣ
ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχ|ΙΚΗΣ · ΕΞΟΥΣΙΑΣ · ΤΟ · Ι̅ ·
αὐτοκράτωρ τὸ ιε' πατὴρ πατρίδ|ΟΣ · ΥΠΑΤΟΣ · ΤΟ · Η̅ · ΤΕΙΜΗΤΗΣ
ἐν νέᾳ πόλει δημαρχήσας ἀγων|ΟΘΕΤΗΣΑΣ · ΤΟ · Γ̅ · ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ
. . . . ὑπὸ σεισμῶν σ|ΥΜΠΕΣΟΝΤΑ · ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ
imp. titus caesar diui uespasia|NI · F · VESPASIANVS · AVG
pont. max. trib. potest. x. imp. xu| COS · V̅I̅I̅I̅ · CENSOR · P · P p. C. 81
. . . . *terrae mo*|TIBVS · CONLAPSA · RESTITVIT

Accursius in auctario Neapolitanarum III n. 5; Paglia cod. Vat. 5241 p. 615; Falco ed. 1549 f. F 6 (inde Manutius cod. Vat. 5241 f. 624); Budaeus apud Pingonium cod. Taur. f. 81; Metellus cod. Vat. 6039 f. 301. 353 a Budaeo et Vallamberto; Smetius ms. Neap. p. 23, ed. 13, 12 (descripsit Pighius; ex eo et ms. Pighii Grut. 173, 8); Petrus de Stefano *descr. de' luoghi sagri di Napoli* (1560) f. 191'; Giordanus ms.; Summonte I p. 56; Capacc. l. I c. 18 p. 274; Lasena p. 86; Celano *giorn.* 3 p. 298; Mazochi de cath. eccl. p. 235 aeri incisam; Mur. 228, 6 a Como om. Latinis; *letters from a young painter* II, 172; d'Arthenay in Gorii symb. dec. II, 2 p. 9; Martorelli theca p. 412. 536; Ignarra de pal. Neap. p. 109; Franz C. I. Graec. n. 5809.

Cum Accursius Paglia Budaeus Morillonius Smetius (ms.) Mazochius Martorellius Ignarra fere consentiant, reliquorum erroribus et supplementis praetermissis horum v. l. afferre satis habeo. — Litteram Α ita formatam esse testis est praeter alios Acc. — 1 ⌈ΙΤΟΣ Pagl., |ΙΤΟΣ Maz. — ΚΑΙΣ/| Paglia Maz., ΚΑΙΣΑ Smet., ΚΑΙΣΑΡ reliqui. — 2 |ΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ Acc. Maz., ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ Bud. — 3 \ΙΚΗΣ Pagl., |ΙΚΗΣ Mart. Ign, |ΚΗΣ Acc. Pagl. Bud. Mor. Smet. Maz. — 4 ΟΣ] ΡΕ Smet. — 7 |VI·F Acc. Smet. — 9 *terrae mo*|IIBVS Acc., |TIBVS plerique, |IBVS Mor., *concussioni*BVS Maz. — Supplementa Ignarrae et Franzii probabilia retinui.

Pariter atque Claudius *ad fratris* (Germanici) *memoriam comoediam Graecam Neapolitano certamine docuit ac de sententia iudicum coronavit* (Suetonius Claud. 11; cf. Dio 60, 6: ἔν γε τῇ Νεαπόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτᾶτο καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας, ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε), ita Titus quoque agoni ter praesedit et gymnasiarchi quoque munere functus est. Sed utrumque eum fecisse ipso illo anno, quem titulus enuntiat, sine ulla causa viri docti sumpserunt; immo nihil impedit, quominus haec referamus ad ludos quinquennales Neapolitanos, quorum Italides XIX a. p. C. 74 et XX a. p. C. 79 inciderunt in Titi tempora (v. C. I. Gr. vol. III p. 733). — Terrae motus, quorum titulus meminit, sine dubio pertinent ad Vesuvii eruptionem, quae Pompeios et Herculaneum evertit (v. p. 90); nam terram quoque tum motam esse ex Pliniana narratione (ep. 6, 20) colligitur, Campaniam autem universam ea labe affectam ex narratione Dionis 66, 24 (cf. Sueton. Tit. 8): Τίτος τοῖς μὲν Καμπανοῖς δύο ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατευκότων οἰκιστὰς ἔπεμψε καὶ χρήματα ἄλλα τε καὶ τὰ τῶν ἄνευ κληρονόμων τεθνηκότων ἐδωρήσατο· αὐτὸς δὲ . . . ἀνέστησε . . καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἅπαντα. Etiam Plutarchus (de Pyth. orac. 9) huius cladis meminit ut recens factae περὶ Κύμην καὶ Δικαιαρχίαν, ut alibi (de sera num. vind. 22) vaticinii περὶ τὸ Βέσβιον ὄρος καὶ τὴν Δικαιαρχίας ὑπὸ πυρὸς φθορὰν γενησομένην. Ipsam Neapolim ea tactam esse Statius significat in carmine gratulatorio ob filium natum homini Neapolitano (4, 8, 5): *procerum tibi* (oppidum adloquitur) *nobile vulgus crescit et insani solatur damna Vesevi.*

1482 *piedistallo forse appartenente a una statua poco più grande del naturale con l'analoga iscrizione tutta cancellata, alta palmi 5. 4. Napoli, Castel Capuano'* ACTA MVSEI 11 Iul. 1859. Ad adscriptam inscriptionem haec rettulit Nissenus, recte omnino, cum alia nulla eius modi basis sit in museo, denique etiam mensura conveniat. Est Neapoli in museo.

DOMINO NOSTRO
FL CONSTANTINO
P F VICTORI SEM
PER AVGVSTO
urceus — patera
//NIVS VA//NTI
N// V C CONS cAMP
///OTISS//

Primus legit Nissenus docte et accurate; ego contuli lectionemque explevi.

1—4 recte omnino legit Nissenus, nisi quod v. 3 dedit DE pro PF; 5 seq. sic dedit: IVNIVS VACONIVS | . . . VICO . . . . . ER | . . . . . .